Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



periculis fluminum · periculis latronum · periculis ex gente · periculis ex genere · periculis in civitate · periculis in solitudine · periculis in mari · periculis in falsis fratribus · In labore et erumpna · in vigiliis multis · In fame et sitim · in ieiunijs multis · In frigore et nuditate · Preter illa que extrinsecus sunt · ecce ista mea cotidiana solicitudo omnium ecclesiarum · Quis infirmatur et ego non infirmor · Quis scandalizatur et ego non uror · Si glariari oportet · que infirmitatis mee sunt glariabor · Deus et pater domini nostri ihesu xpi qui est benedictus in secula scit quod non mentior · Damascenus princeps gentis arethe resis · custodiebat ciuitatem damascenorum ut me comprehenderet · Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum · et sic effugi manus eius · Si glariari oportet · non expedit quidem · Venio autem ad visiones et re uelaciones domini · Scio hominem in xpo ante annos quatuordecim · siue in corpore · siue extra corpus nescio deus scit · raptum usque huiusmodi usque ad tertium celum · Et scio huiusmodi hominem · siue in corpore · siue extra corpus nescio deus scit · quoniam raptus est in paradysum · et audiuit arcana uerba · que non licet homini loqui · Pro huiusmodi glariabor · pro me autem nichil glariabor · nisi in infirmitatibus meis · Nam et si uoluero glariari · non ero insipiens · Veritatem enim dicam · Parco autem · ne quis me existimet · super id quod videt me aut audit aliquid ex me · Et ne magnitudo reuelacionum extollat me · datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane · qui me colaphizet · Propter quod ter dominum rogauit · ut discederet a me · et dixit mihi · Sufficit tibi gracia mea · Nam virtus mea in infirmitate perficitur · Libenter igitur glariabor · in infirmitatibus meis · ut inhabitet in me virtus xpi · Gr.

Hic finitur primus diei

Siquis sentes quia nomen tuum solus altissimus · super omnem terram · V. Deus meus pone illos ut rotam · et sicut stipulam ante faciem venti · Tractus · Commouisti domine terram · et conturbasti eam · V. Sana contriciones eius quia mota est · V. Perfusi sunt oculi eorum · ut liberent eam tui · Quando · Qui turbant · Gr. Iro.